

EPISTOLA XXVII.

Sexistimo Euphemismum & gratulatio-
nem ob tuas, Vir clare & nobilis, nuptias
tibi exhibitam, una cum Tabella de Re Eucha-
ristica. Deum autorem sacri conjugii arden-
tibus votis oro, ut tibi & generosæ conjugi,
ubertim benedicat: & ut vos totos sanctifi-
cet, ut conjunctio vestra non vobis solum
suavissima, sed etiam serviat laudi omnipo-
tentis Dei, cuius ductu & auspiciis contra-
stum est vestrum matrimonium. Nobilissimus
Juvenis Spifamius, tibi gratulatur amicissi-
me: ut ex ejus literis quas heri accepi, col-
ligere potui. Postquam Deus nostri præter
nostrum meritum misertus ferulam pestilen-
tiæ sustulit: non mediocriter augeri cepit
studiosorum numerus in Academia nostra.
Venit ad me Nobilis Barnecovius, Danus:
qui serio philosophatur. Adsunt & alii dele-
cti Juvenes, quorum in me studium, nonni-
hil diluit amarorem ærumnarum mearum.
Hottomannus ad nos rediit Viduus. Ele-
ganter fert sortem suam, & privatim doctu-
rus videtur si Juventus Minerval dare parata
sit. Sulcerus(a) anthracelaboravit in dorso

per

(a) *De Sulcero & Coccio infra Ep. XL, commodior*
dicendi locus erit.